

ἢ ἰσχανόω ἦν, καὶ ἐπὶ τῇ ἐνδείᾳ τοῦ σ̄ τέταται τὸ ῑ, ὡς καὶ τὸ γινώσκω, γνώσκω. Multa pugatur Etym. M. p. 478, 44. in quo p. 568, 7. ἰχαίνειν, ὃ ἐστὶν ἐπιθυμεῖν, ut ex λίαν χαίνειν factum affertur. Apud Hesychium habemus ἰχανάα, ἐπιθυμεῖ. ἰχανάαν, ἐπιθυμεῖν, γλίχεται, θέλειν, ἠδουθαι, sed etiam ἰσχανόων, ἀσθμαίνων, πνευστιῶν, ἐπιθυμῶν, γλιχόμενος. ἰσχανῶν, ἐπιθυμῶν. ἰσχανῶσα, ἐπιθυμοῦσα. ἰσχανῶ, ἐπιθυμῶ. Accedit his Stephanus Byzantius, apud quem legimus, Ἰχάνα, πολίχνην τῆς Σικελίας, διὰ τὸ τῇ αὐτοῦ ἀλώσει πολλὰ προσλιπαρῆσαι τοῖς Συρακουσίοις. ἰχανᾶν δὲ τὸ ἐπιθυμεῖν. Credo ego quidem ut ἰσχανᾶν, sic etiam ἰχανᾶν cum ἔχειν vel ἴσχειν cognatum esse, sed tamen ut forma inter se differant haec verba: confirmatque id non solum ἴχαρ, sed etiam affinis significationis vocabulum ἴχνος. Atque ut aliquo modo, si ἰσχανᾶν sit aliquid firmiter et cupide tenere, dici potuerit, tamen non videtur isto significato hoc verbum recte construi cum infinitivo. Quod si Il. XVII. 572. de musca potius ἰχανάα δακέειν quam ἰσχανάα dictum est, probandum erit etiam XXIII. 300. de equa μέγα δρόμου ἰσανόωσαν, et Od. VIII. 288. de Vulcano ἰσανόων φιλότητος εὔστεφάνου Κυθερείης.

817. Libri φρενὶ τ' ἄταν, versu tribus syllabis quam debebat brevior. Quum scholiastes scribat τὴν ἐπιθυμίαν ἴχαρ εἶπεν, τὴν ἄτην τῆς φρενός, nec dubitari possit quin, ut in antistrophico θέλεος ἀθέλεος, hic quoque similia inter se verba composita fuerint, posui, φρενὸς ἄφρονά τ' ἄγαν. Significat autem ἄγη invidiam, indignationem, et quae his cognata sunt. In tali loco non potest dici quid scripserit poeta, sed acquiescendum est in eo quod potuerit scribere, donec verum certo iudicio reperiatur.

818. ἰὼ ἰὼν M. G. ἰὼ ἰὼ Rob. ἰὼ ἰοῦ Turn.

819. λείψ' ἰδρανα κί' ἐς M. λείψ' ἰδρανακίδες G. Emendate Rob.

820. ἀτιέτανα πόλιν εὐσεβῶν M. ἀτίετ' ἀναπόλιν εὐσεβῶν G. ἀτίταν ἀπολιν εὐσεβῶν ex P. Faehsius affert. ἀτίετ' ἀνάπολιν εὐσεβῶν Rob. Quum hi tres versus praeconis esse putarentur, non mirandum est quod emendari non potuerunt. Scripsi ἀτίετος, quod est impune, et ἀσεβῶν. Abire iubent ab sedibus suis praeconem, impune in urbe sacratas sedes violantem.

821. εἶδοι M. G. ἴδοι E. P. Correxerunt Butlerus.

822. ἀλφεισίβοιον ὕδωρ dixit etiam Alexander Aetolus in Parthenii Eroticis cap. 14. v. 8.

823. Libri δεξόμενον, praeter Rob. qui δεξώμενον habet. Correxerunt Scaliger et Porsonus.

825. ἄγειος ἐγὼ βαθυχαῖος M. ἄγειος ἐγὼ βαθχαῖος G. unde βακχαῖος Ald. ἄγειος ἐγὼ βαθυχαῖος Rob. ἄγειος ἐγὼ etiam E. Scholiastes ἐγὼ ἢ βαθυχαῖος ἀναξία ταύτης τῆς βαθρείας, ὃ γέρον. Patet eum βαθρείας pro genitivo habuisse, ut βαθρείαν chorus vel acces-